

1639. 30 Junij

Ex ms. Arch. Stan. Aug.

Donatio Templi S. Laurentij in Civitate Thorumensi Religiosis Ordinis S. Francisci Reformatorum Discalceatorum.

77

Vladislaus IV. &c. Significamus &c. Quia nos Ecclesie Catholice bonum omni studio promovere, & cultum divinum magis ac magis propagare cupientes, faciendum duximus ut Templum S. Laurentii ad vallum Civitatis nostrae Thorumensis insuburbio Chelmianka dicto obtinere reditus, aliisque de causis penitus devotatum Religiosis S. Francisci minorum de observantia Reformatorum discalceatorum pro singulari nostra erga dictam Religionem propensione daremus & concederemus, uti quidem damus, concedimus & attribuimus presentibus litteris nostris, ita ut idem Templum cum arca aedificijs omnibusque in genere pertinentijs & pertinentijs antiquitus ad illud pertinere dicti religiosi teneant, habeant & in laudem Dei possideant temporibus perpetuis. Quod omnibus quorum interest, praesertim reverendo Episcopo Culmensi loci ordinario, tum & Magistratui Civitatis nostrae Thorumensis ad notitiam deducentes, volumus, mandamusque ut in habendo dicto consensui & voluntati nostrae memoratum templum in possessionem dictorum religiosorum sine quibusvis difficultatibus tradant, nullamque ipsis praependitionem hae in re facere presumant, imo circa hoc nostrum privilegium eisdem conservent, conservarique ab alijs quorum interest curent. Praegratia nostra Datum Vindobae die 30 Junij Anno Domini MDCXXXIX. Regni nostrorum Bohemiae VIII Sveciae VIII. Anno. Vladislaus Rex Jacobus. Max. Tetro Regens Cancellus

Ex Actis Melvices Regni Anno 1639 in Libro 152 sub literis

J.A. No 153 folio 172.